



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 48. Neapolim occupandi propositum a nonnullis respobatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

**Sæcul. XV.** vita excederet, Carolum Andegavensem  
**A.C. 1493.** Cenomani Comitem Nepotem suum, Pro-  
 vinciae Comitatus, omniumque, quæ in u-  
 triusque Siciliæ regnum habebat, jurium  
 hæredem dixerit; hic vero Carolus, cum  
 nullam reliquisset prolem, non modo Pro-  
 vinciam, sed cetera quæque jura ad præ-  
 fatum regnum Ludovico XI. cessit,  
 hinc Carolus VIII. ejusdem filius ac suc-  
 cessor, pariter Patris sui jura in Nea-  
 polis, ac Siciliæ regna hæreditario no-  
 mine consecutus est.

## §. XLVIII.

*Neapolim occupandi propositum a  
 nonnullis reprobatum.*

**E**quidem Galliarum Regi jus suum mi-  
 nime controversum videbatur, non  
 deerant tamen quam plurimi, quibus e-  
 jusmodi consilia haud quaquam pro-  
 babantur: Satis enim fatali documento  
 omnibus comperti erant adversæ fortu-  
 næ casus, quibus Galli per solida duo  
 sæcula, intra quæ de hoc regno armis  
 contendebant, in Italia misere exagita-  
 bantur. Præterea res erat cum Princi-  
 pibus, qui privato suoque quæstui non  
 raro integræ fidei religionem posthabere  
 haud dubitabant, atque aliunde, cum  
 Gallicam dominationem pertæsi essent,  
 merito timendum, ne unaomnes inter se  
 mutuam

mutuam armorum societatem inirent, ut Sæcul. XV.  
 Gallorum conatibus junctis viribus obſi- A. C. 1493.  
 stere poffent. Nihilominus ſpretis om-  
 nibus hiſce rationibus Carolus præpo-  
 steræ cupiditati, qua præclarum hoc re-  
 gnum ſubjugare, illudque Franciæ aggre-  
 gare decreverat, imperare haud poterat,  
 potiſſimum inducitus Ludovici Sfortiæ ar-  
 titbus, qui cum Ducatum Mediolanen-  
 ſem Nepoti ſuo eruptum, ſibi afferere in-  
 tentus eſſet, mira dexteritate ad suas  
 partes pertraxit ambos illos clientes, quos  
 ſupra memoravimus, Stephanum Ver-  
 ſium, & Guilielmum Briffonnetum, qui  
 pro ſuo arbitrio Caroli animum inclina-  
 bant: Ut vero totius artificii ratio per-  
 ſpicue pateat, rem ab origine primisque  
 cauſis repetere oportet.

### §. XLIX.

#### *Italiæ ſtatus illius temporis.*

Jam ferme quintum effluxerat ſæculum,  
 J quo Mediolanensis Ducatus Italiæ  
 Principibus continuata ſerie parebat;  
 nam illo potiebatur Vicecomitum fami-  
 lia usque ad Philippum Mariam poſtre-  
 mum hujus prosapiæ ſurcūlum: hic legi-  
 tima prole deſtitutus filiam ſuam notham  
 nomine Blancam connubio junxit Fran-  
 cisco Sfortiæ, ſpurio itidem filio illius Ja-  
 cobi, qui ſub nomine Jacomifii magis

K k 4                   notus